

SERMO.

XV

Debet esse voluntaria. non tracta timore mortis. vel aliunde ibi vade. Secundo nuda et aperta ibi. unde videlicet quid cogitasti. locutus es. vel fecisti. Non dicit absconde sed verborum excusationibus. metiendo etc. Tercio pura ostende te non alienum infamando. Quarto ordinata sacerdotibus non seculari nisi in casu nec carenti auctoritati vel scientia. quod utraque clavis episcopi scilicet videlicet et auctoritatis

Dominica tertia

Scendente iesu in nauicula secuti sunt eum discipuli eius. etc. Mat. viij. quod per motum magnum maris tentatio significat. ut exponit Chrysostomus super Math. idcirco de eadem tentatio principaliter dicunt. que tangunt in partem euangelio. Primo de tentationibus obediuntibus. Secundo de eius remediis et consolantibus que tanguntur ibi accesserunt et susceperunt eum. Tercio de vincuntium per tentationibus ibi. Et facta est tranquillitas etc. A. Quantum ad primum notandum quod Christo. exponit quid sit nauis. et eius circumstantie sic dicens. nauis ecclesia instructa fidei gubernaculo felici cursu per huius seculi mare. habens gubernatorem deum angelos remiges portans choros omnium sanctorum. Erecta in medio ipsa salutari arbore crucis. In qua euangelice fidei vela suspendens flante spiritu sancto ad portum paradisi et securitatem quietis eterne ducit. Vbi nota noue proprietates vel decem nauis ecclesie. I. Sed quod adeo turbata fuit nauicula christi ut opteret fluctibus licet non mereretur idcirco. Notandum secundo. quod sicut secundum Aristoteli. et alibi. magni in metheororum. vij. sunt venti. quattuor scilicet

principales secundum quattuor plagas orientis et octo laterales qui omnes turbare possunt mare terreste. Ita secundum factum theodosium. i. ij. quod lxxx. et sequentibus et secundum alios doctores partium cause et occasiones velut demonis flatibus validi sunt duodecim scilicet. pentes. fomes. passiones. ignorantia. demonia. hominum malicia. mundus. peccatum. consuetudo. societates. inbileitas que est mater omnium sicut deus est pater omnium. et voluntas propria. quibus velut ventis inportunis homo ad peccata facienda turbatur. licet nunquam necessitet.

C. Prima causa est pentium vita inordinata per quam assuescunt in vita vitiosa ut in luxuria. auaricia. superbia. ira. gula et similibus. quia autem simile generat sibi simile idcirco. pueri a talibus pentibus geniti in corporibus apritudines contrahunt que licet non necessitent filium. tamen inclinant ad similia. Tales fuerunt samaritani de quibus dicitur. iij. Reg. vij. fuerunt gentes iste ritimentes quidem dominum. sed nichilominus idolis suis seruientes. Ita et filii eorum et nepotes sicut fecerunt pentes sui ita faciunt usque in presentem diem. Vnde sapientia. iij. Impii secundum que cogitauerunt correctionem habebunt qui neglexerint iustum et a domino recesserunt. Et per pauca sequitur mulieres eorum insensate fuerunt et nequissimi filii eorum. Et ibidem quarto ponitur idem sub naturali similitudine sic. Spuria vitulamina. id est adulterine plantaciones non dabunt radices altas. nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint. infirmis posita a vento commouebuntur et a nimitate ventorum commouebuntur. id est in tentatione cito mouentur propter debilitatem generatam. unde Christo. super Math. super illud mat. j. loquens de iugum mala intentione et vi